

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

HEINRICI EICHEN
Bernburgensis,

ELEGIA

Ad

ILLVSTRISSIMUM
PRINCIPEM IOHANNEM

GEORGIVM, PRINCIPEM AN-
haltinum, Comitem Ascaniæ, Dominum in
Seruesto & Bernburgo, &c. Dominum
suum clementissimum,

IMMATVROS ILLVSTRISSIMÆ
ET VNICE ADAMATÆ CONIV-
gis obitus deplorantem.

In Zoilum.

*Velle meos Elegos, mihi nil, modo velle, nocebis,
Velle quoad visum, me nihil ista mouent.*



SERVESTÆ

Excudebat Bonaventura Faber,

Anno M. D. XCIIII.

*In Georgio Bang
a mihi hic ergo*

52.
57

EPIGRAMMA

*Q*ui prius o Princeps tibi lata sonare parabam,
 Proh dolor, ex vitâ raptâ maritâ vetat.
 Nunc tibi mœsta cano, non quò magis inde graueris,
 Sed supero fultus robore damna leues.
 Ergo parumper ades, numeros nec respue nostros,
 Materiam tristem tristia verba decent.
 Et placuit tenui hoc in carmine ludere plectro,
 Hac sua deduxit Tristia Naso lyra.
 Materiam quadret scriptum vult Flaccus in arte,
 Hos ego, quis prohibet? sector amoq; viros.
 Fors meliora dabo, tenue hoc nunc accipe munus,
 Et mihi, o princeps nunc, ut es ante, faue.

SERVA
 Excipiat Bonaventura
 Anno M. D. XVII.

ELEGIA.



Vam pateat tumidis immensus flatibus Orbis,
Quam sit nostra fragax, & breue vita bonum:
Quam fors dura nimis nunc hinc nunc inde va-
Et maneat nullo certa tenaxque loco. (getur,
Fata fidem faciunt nostris ~~flat~~ lubrica rebus, *sat*
Hoc probat Ascanij fida marita Ducis.
Mutuus hosthalamus, mens hos sincera ligabat,
Et concors pietas, nec dubitatus amor.
Coniugium hoc ergo foelix DEVS esse iubebat,
Hasque pia sinit crescere prole faces.
Aspirat primo DEVS & fortuna labori,
Christe, tua bellè tunc ope cedit opus.
Nunc iterum tumido fert viuuda femina ventre,
Iam iam soluit onus viscera, lucta venit.
Lucta venit, dolor augetur, sua spicula Lethum
Infert, iam medica plus valet arte malum,
Iam venit atra dies, & ineluctabile tempus,
Mortis in hac verè iam dominatur opus.
Hæc mala dum tolerat, nec spes datur vlla salutis,
Diuinam in medijs nixibus orat opem.
Et Christi meritis casus, animumque labantem
Sustinet, is tantis ara reperta malis.
Huic intenta *λυτρωσιν*, mox molliter expirauit,
Alipedes præstò sunt, animamque tegunt,

Proh dolor, ah tam sæua fatis quis funera fando
Explicet, aut madidis sat fleat ista genis.
Nunc cadis ah clari flos & decor unus Anhalti,
Ah insperata nunc nece rapta cadis.
Non tamen alma tui morietur gloria facti,
Sed tua posteritas acta fidemq; canet.
Hoc meruit Virtus, huic nil obstabit in æuum,
Effugietq; tui tristia fata rogi.
Tu genere Heroo surgis, tibi nobile pectus,
Nec vigor ille tua nobilitate minor.
Te commendarunt pieras, mens nescia fastus,
Qua miseri miser as es miserata vices.
Prætereo mores placidos, vultusq; pudicos,
Te decuit nulla factus ab arte color.
Eheu quod nulli fas dura recludere fata,
Nec datur Orphea tereuocare lyra:
O fera mors quid agis, precibus non flecteris vllis,
Omnis ad arbitrium statq; ceditq; tuum.
Si libet & nobis est tanta nocere voluptas,
Lædito quos rectum lædere iusque sinunt.
Mox mox, nè noceant nobis, auferto Tyrannos,
Hæc dato, non debent viuere, monstra neci.
Esse bonis tutos liceat, cur destruis illos,
Quorum Vita decens, & sine labe manet?
Verum quid loquor, aut vbi sum? cur funera plango,
Funera nil animæ iam nocere tuæ,

Certus

Certum est, malle Deum per funera poscere fontes,
Quid tamen in fidos mors, rogo, iuris habet?
O miseros, si non prius exhalare daretur,
Quam daret extremos buccina mota sonos:
Heu quã nos premerent Syrtes, quã mille Charybdes,
Quot nobis strueret dira Chimæra dolos.
Clemens ergo D E V S, fatum miseratus acerbum,
Abbreviat vitæ stamina, damna fugat.
Abbreviat vitam, ne nos malus imbuat error,
Ne perdant animam dogmata prava piam:
Ne nos, degenero cum pœnam ex sanguine poscit,
Efferat commoti destruat ira Dei.
Sic quoq; & illa cadit, multis exemta periculis,
Illa Deo Verè sic statuente cadit.
Eius in arbitrio sunt omnia viscera terræ,
Hoc sine nec minimus statque caditque pilus.
Cumq; suas habeat diuina potentia causas,
Cur varijs sanctos hoc premat orbe malis.
Non tamen his ferulis sæuus nos cædit vt hostis,
Non ita, sed placidi more parentis agit.
O nunc foelices nimium, sua si bona norint,
Cætus, quos mirè sic sator Orbis amat,
Nil Acheron poterit, nil mortis imago nocebit,
Sed datur his superi scandere tecta poli.
At reprobis, licet hîc optata sorte fruatur,
Et pia corda suis vexet vbiq; dolis:

Attamen & tandem pereat, veterumque malorum
Supplicia in Stygio sat phlegetonte luat.
Hæc sic Herois, vario quæ turbine mota,
Et tandem extremos iussa subire dies.
Nunc nemus Elyfium, sacra nunc viridaria cœli
Lustrat, & aspectu gaudet ouatque Dei.
Proque malis paucis bona nunc tot mille reportat,
Proque suis lachrimis gaudia semper agit.
Huic iam parra quies, & nescia fallere vita,
Vita per æternos non peritura dies.
Hæc Dux dum reputas, tacita hæc dum mente volutas,
Intrepidus animos tela tot inter ale.
Erige te, remoue curas, non frangere luctu,
Et procul hoc præsens pelle repelle malum,
Non mirum est, tantos te non euincere casus,
Inque tuis lachrymas posse tenere malis;
Tristaris meritò, meritò tibi decidit imber,
Nam qua nulla tibi charior Vxor habest:
Sed modus his lachrymis esto, procul exue curas,
Ne nimis eneruet corda grauata dolor.
Nam quid tam vano iuuat indulgere labori,
Quid iuuat immodico rore rigare genas?
Non prece non precio, ô Dux, reuocabitur vllò,
Qui Semel occubuit, non, mihi crede, redit,
Noctes atque dies patet atræ ianua mortis,
Sed reuocare gradus, hoc opus, iste labor,

Non

Non animis animus nostras inuisere terras,
His illic melior fors, & amœna quies.
Ergo quod Herois vita meliore potitur,
Hoc gratamur ei pectore & ore bonum,
Nos decet, vt meritos cineri instauremus honores,
Exequiasque pias busta parata tegant,
Hoc ergo extremò, tibi quod donamus, habeto:
Busta tegant corpus, mens super astra volet.
Ille tuus cursus, tua iam fortuna peracta est,
Restat id & nobis: *Mors sua queng, manet.*
Propterea vigili noctesque diesque labore
Expectemus eam: *Mors sua queng, manet.*
Tu vero Pylios cum Dux expleueris annos,
Inuises sociam cœlica in arce tuam:
Tunc iterum vestras dabitur coniungere mentes,
Vlla nec has poterit dissoluisse dies,
Tunc lachrymis finis dabitur, curæque recedent,
Vota do, si votis consequar ista, fat est.

δοξα τῷ θεῷ.

Non animis animus nostras ignite terras
His illic nator solis & sidera parca
Ergo quod Heros via ractore bonum
Hoc gratumur ei peccore & ore bonum
Nos decet, ut nictos exultis ut omnes honores
Et per quicquid sua carum regant
Ite ego extimor, ubi quod donatus h. bono:
Post regant corpus, ante nuptias vobis
Ite nunc caris, tuis ius locutus potest esse
R. et id & nolis: & ex sua quare manna
Proposita vigilia nocteque dicitur h. bono
I. et per omnia carum: Ad or. seu quare manna
I. in vero p. h. carum: ut explicans manna
I. et locum carum in h. carum:
I. in h. carum: dabitur communitate
I. in h. carum: dabitur communitate
I. in h. carum: dabitur communitate
I. in h. carum: dabitur communitate

~~Annot~~

2
S
S
Annot

Nov 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M





HEINRICI EICHEN
Bernburgensis,

ELEGIA

Ad

ILLVSTRISSIMUM
PRINCIPEM IOHANNEM

GEORGIVM, PRINCIPEM AN-
haltinum, Comitem Ascaniæ, Dominum in
Seruesto & Bernburgo, &c. Dominum
suum clementissimum,

IMMATVROS ILLVSTRISSIMÆ
ET VNICE ADAMATÆ CONIV-
gis obitus deplorantem.

In Zoilum.

*Velle meos Elegos, mihi nil, modo velle, nocebis,
Velle quoad visum, me nihil ista mouent.*



SERVESTÆ
Excudebat Bonauentura Faber,

Anno M. D. XCIII.

*In. Georgio Bann
amiliæ erjo*

52.
57

